

CAP. I.      *& fons salutis.*      5  
tores; pro sponso animæ tuæ; pro Mediatore contra iram Dei; pro victima peccatorum tuorum; pro robore contra tuam infirmitatem; pro via contra errores; pro veritate cōtra mendacia; pro vita contra mortem; pro consilio, cum nullum consilium suppetit; pro patre, cum derelictus es; pro principe pacis, contra hostes; pro virtute contra imbecillitatem; pro lytro debitorum; pro corona contra contemtum; pro magistro contra tuam ignorantiam; pro judice contra tuos adversarios; pro rege eterno contra regnum diaboli; deniq; pro summo sacerdote, qui pro se oret ac intercedat. Ecce tibi, ô Christiane, ad quę Christus datus donatusq; nobis est; quem proinde ut sicut par est, usurpemus, utq; ipsæ salvare suum officium in nobis adimpleat, quotidie & identidem Deum obsecrare oportet. Nam si ipse medicina nostra est, non possumus non convalescere; si panis noster, anima nostra non esuriet; si fons vitæ, non sitiet; si lumen nostrum, non ambulabimus in tenebris; si gaudium nostrum, nemo nos contristabit; si advocatus noster, nemō nos in judicio vincet; si veritas nostra,

23303